



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Modus Recte Se Disponendi Ad Felicem Mortem**

**Poiré, François**

**Coloniae, 1651**

Dispositio IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55160](#)

versatur eos ad miraculum usq; nos  
causæ fore propitios. Sed id agendum  
ut eos iteratis per vitæ spatium offici  
nobis faciamus addictos.

## DISPOSITIO IX.

Nona est, Frequens usus SS. sacra  
mentorum, Confessionis, & Com  
munionis. Dici non potest, quannum  
prosit, siue ad nos in Dei gratia retribu  
dos, siue ad superandas, quæ quotidie  
offerunt, tentationes, siue etiam ad pro  
merendum robur & auxilium peculiaria  
quo nobis in hoc extremo conficiunt  
opus.

Sed ego imprimis velim omnibus,  
iuscunq; illi conditionis sint, cordi esse, n  
postquam semel sincerâ integrâque to  
tius vitæ confessione se expiarint, de  
inceps singulis annis eam ab ultima  
resumant. Hunc morem hodie tenem  
multæ bonæ mentes, non sine maxima  
fruge ac lucro. Illud certum est, plurimæ  
eam conducere ad seruandam animi li  
bertatem, cauendamq; necessitatem, tot  
anxijs inquisitionibus se confiendi,  
cum mors imminet. Sunt enim eiusmodi

cor.

confessiones veluti rationes, quæ rationi  
ultimo vitæ superaddūntur; quibus satis  
erit id adiungere, quod in eum cumulū  
insuper accessit: ut ita, cum Deo sistendus  
eris, possis tibi aliquam saltem securita-  
tem polliceri

## DISPOSITIO X.

Vltima est, Quotidie certum aliquod  
pietatis genus obire, ad impetrandam à  
Deo feliciter moriendi gratiam; & adnu-  
merare se illorum sodalitio, qui in eum  
finem quotidie pro se mutuò aliquas pre-  
ces persoluunt, vt sunt Litaniæ de B.  
Virg. item quot annis tempus certum  
secernere, quo accuratiùs mortis tibi  
memoriam & sensum imprimas: Id quod  
fieri peractâ Confessione generali potest,  
quæ velut præparatio aliqua huic exer-  
citio præmitti potest; animamque doce-  
bit, in quo statu suæ res sint, si tunc sit  
Dei tribunal a deundum. Quæ omnia con-  
cludi denique possunt istis potestationi-  
bus, quas huc apponam, in modum vlti-  
mæ voluntatis.

Ego N. N. mecum reputans, quam  
hora & genus mortis mihi subeundæ sit  
incer-